

1605

*Antonius  
Maria Vin-  
censius in  
Rhætos mi-  
ritur.*

tonius Maria Vincentius in obeundo apud Rhætos munere sufficitur.

In Illyrico ob Uscochorum incursum nonnihil turbatum, finitimus Turcis querelas miscentibus, quod per Reipublicæ fines in eorum agros se intulissent, jumenta abegissent, captivos homines effecissent. Literis atque omni officii genere cum Cæsare ac Ferdinando aëtum, ut eos motus compri-merent, neque genti per Venetas ditiones transitum permit-terent, ne finitimum hostem concirent, potentissimumque Regem in Rempublicam laceſſerent. Andreæ Gabrielio imperatum, quæ in Adriatico ſinu triremes ſint, coactis, e Murlacæ euripto exeunteſ Uscochos adoriantur; neque ulla iis ratione, juxta ea, in quæ cum Rebata Paschalicus con-venerat, egressum permittat. Quoniam vero termini inter Venetas ac turcicas ditiones ab Jacobo Superantio post initam cum Selimo pacem positi, longius ſeſe Turcis inferenti-bus, amoti fuerant, plurimumque agri Jadertinis finitimi usurpaverant; ab Achomate petitum, ut, denuo locis inspe-ctis, juxta initas Superantii tempore pactiones termini statuerentur. Id, Octaviano Bono, legato, curante, impetratum, ab Gabrielio in ea provincia confeſſum est. In id ut facile Achomates consentiret, postulatorum æquitas non modo, ſed rerum turcicarum status effecerat. Nam bellum a Persarum Rege illatum, post Taurisium occupatum recruduerat. Etenim cum Affanes Cicala in latiflamma Vanu planicie una cum Cehurdorum duce Chioſeique Seferi Arziruni Bassæ co-piis caſtra locaſſet, ab Persarum Rege legati cum literis mu-neribusque ad illum accedunt, propenſum in pacem Persæ animum ſignificant. Cicala, nihil amplius ſibi pertimescen-dum ratus, negligentius militaria munera obit. Persa ſolertia atque aſtu vincere affuetus, qui haud procul centum millium expeditorum equitum in armis habebat, cum quinquaginta millibus inopinantem aggreditur. Atrox prælium initur; vi-ctor Persa in Vanum oppidum Cicalam propellit, idque ſta-tim obſidione cingit. Eodemque anno Sigismundus Poloniæ Rex, filio ſuſcepto, ut facro baptiſmati abluendo interſit, amantiffimis literis Principem invitat. Ad illum Aloysius Foscarenus, legatus eſt deſignatus. Finium quoque contro-

*Persarum  
contra Af-  
fanem Cica-  
lam vi-  
to-  
ria.*

*Sigismundus Rex  
Rempubli-  
cam, ut fi-  
lii bapti-  
ſmati inter-  
ſit, invi-  
tat.*

ver-